

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gratitudo siue graciarum actio m
cum fontibus primis

Qui quanta sibi gracia collata sit nescit,
quantas largitori grates debeat non intelligit.

Praeterea etiam idcirco non inutile est,
et infirmitatis nostrae magnitudinem,
et reparationis modum agnoscere,
quia qui quanta sibi gratia collata sit nescit,
quantas largitori grates debeat non intelligit.

Hugo de sancto Victore, *De arca Noe morali*, prologus
(PL 176, col.619-620).

Non enim potest quis plene intelligere quod acceperit,
nisi meminerit quid ante meruerit.

non enim potest plene quis intellegere quid acceperit,
nisi meminerit ante quid fuerit.

Cassiodorus in quadam epistola.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio Psalmi 118*, 12.35
(CSEL 62, M. Petschenig ed., p.272, ll.7-8).